

ut talia cum DEO commercia ad chiliaftici regni expectandi bona referantur, & viciffim cum e verbo DEI contrarium docetur, ab animis illius regni conceptu turgidis contemnatur, tanquam ab impuro Spiritu profectum, sordeat que, *quicquid communem & ordinariam DEI oeconomiam in ecclesia spirat.* Ita Joh. Lysius fatetur, daß man auff der andern Seiten mit geringachtung der ordentlichen Gaben und Gnaden-Mittel und Berlangung der außerordentlichen Gaben *DEI* versuchet habe. Erzählung von Inspirirten p. II. Atqui vero quae causa est cur hoc fuerit factum? Indubium est, eo rem nunquam processuram fuisse, si conformiter Scripturae Sacrae & sententiae Orthodoxae ab omnibus propositum fuisset, *revelationes immediatas amplius non dari, sed agere DEVM nobiscum per verbum*, in quo solo acquiescendum. Ubi contra adeo inculcatum & ingeminatum est, *brutos esse illos homines & barbaros, qui omnia, quae sint hodie immediatae revelationis, contemnant*, cum tamen prius incumbat dissentientibus, talem dari. De quo negotio quaedam adhuc deinceps dicenda. Gravia interea verba sunt B. JOANNIS MEISNERI Theologi Academiae nostrae insignis: *Haec ipsissima Enthusiastarum Theologia est, coeterorumque omnium, qui alias novas immediatas revelationes de rebus fidei hodieque fieri contendunt, qua quidem nihil certius est, quam omnem nostram religionem convelli, veritatem totius fidei Christianae everti, totam denique salutem impugnari, quod etiam atque etiam cogitandum illis est, qui eandem haeresin hodie tenent*, Tr. de Prophetiis novis Sect. I. p. 24. Quod beatus Vir instar summae infelicitatis & periculi & merito quidem, censuit, hodie pro felicitate Novatoribus habetur, & inter praeludia Chiliaftici Regni reponitur, quod nempe religio sit convellenda, veritas fidei Christianae impugnanda. Hoc enim est quod

quoc
gans
faffu
velat
magn
except
quas c
fendar
spiratio
nam ta
in angu
omnium

Qu
scitis e
un qua
re obic
fitione
tatum e
robunda
us inter
fieri deb
us sit, q
in occo
al qua
tiam f
tiam co
occurum
tas fact
tas frige
preit:
ta pavor